

12682.

13.

DISPUTATIONEM INAUGURALEM
DE

JVRE

FAMILIARITATIS,

OCCASIONE

Legis: *Qui jure familiaritatis. 41. ff. de acquir.
vel amitt. possess.*

AUTORITATE
MAGNIFICI

JVRECONSULTORVM
ORDINIS

IN

ILLVSTRI NORIMBERGENSIUM
UNIVERSITATE

SVMMOS IN VTROQVE JVRE
HONORES

ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA
MORE SOLENNI
PROMERITVRVS

D. XXVI. MAJI, A. O. R. MDC XCI.

PLACIDÆ ERVDITORVM CENSVRÆ

subjiciet

JOHANNES CHRISTIANVS Wolff/
Naumburgensis Misnicus.

Literis HENRICI MEYERI, Univ. Typographi.

25

DEO
ET
PROXIMO.



Q. D. B. V.

P R Æ F A T I O.



Ostquam in Illustri hâc Altdorffina Magnificus Jureconsultorum Ordo, ordine cuncta, quæ cognoscenda erant more Academico cognovit, rursus Speciminis Inauguralis loco publicam quoq; habendam Disputationem, benevolè decrevit. Decreto cui obtemperaturus amplo Juris volumine lustrato juxta monitum Excellentissimorum Virorum: Esse videlicet ea imprimis addiscenda, & tractanda, quæ sunt utilia, inq; communi hominum commercio maximè versantur: materiam, quæ occasione Legis 41. ff. de acquir. vel amitt. possess. De JURE FAMILIARITATIS emergit, eligendam constitui, in Praxi non solum, approbante id Klockio, Postio & Menochio, utilissimam, verùm etiam, quatenus ego cognitum habeo atq; exploratum, in cathedra intactam. Hanc eâ, qua solent hujuscemodi Specimina, ratione tractaturus, licet libentissimè fatear, quod tractatui non parvo sufficiat, à Benevolo Lectore humillimè peto atq; contendo, velit, si quæ fortè prætermissa, omissa aut admissa deprehendantur, erratis, siquidem omnium rerum notitiam habere, & in nullo penitus peccare, divinitais magis quàm humanitatis est, veniam dare, eaq; sine affectu corrigere.

A 2

CA-

CAPUT PRIMUM.
De
 DEFINITIONE NOMINALI & REALI,
nec non
 CAUSA EFFICIENTE.

§. I.

ANte quàm ipsam Disputationis meæ tractationem suscipiam, verborum significationem præmittere ratus sum, utpote quâ ad rerum cognitionem faciliùs ducimur, cùm potior quidem rerum, verborum tamen prior explicatio esse debeat monente Jcto in *l. Labeo 7. §. 2. in fin. ff. de supell. leg. l. in ambiguo. 3. ff. de reb. dub.* Ac JURIS quidem vocabulum ab initio occurrit, circa quod, ut tardiores versemur, & temporis & instituti ratio repugnat, neque id opus esse mihi persuadeo, cum abundè notum sit, diversis illud poni modis; poni nimirum (1) pro eo, quod omnibus, aut pluribus in civitate utile est, (2) poni pro eo, quod semper bonum est & æquum, poni (3) pro loco, ubi jus sive judicium exercetur, non duntaxat Ordinarium *l. jus pluribus 11. §. 1. ff. de Just. & Jur.* verùm etiam Extraordinarium per *l. voluit. 4. ff. de Interrog. in jur. fac.* poni denique (5) pro necessitate quadam e. g. Jure Agnationis, Affinitatis *l. nonnunquam ult. ff. de Just. & Jur.* item FAMILIARITATIS, ut in Lege nostra, *41. ff. de A. A. P.* hic explicanda nihil aliud indicante, quàm facultatem sive jus quoddam ex conjunctione & amicitia profluens. Plura qui desiderat, evolvat *Dd. ad d. l. & ex recentioribus Habn ad Wesenb. Tit. de Just. & Jur. n. 14.* ac alios.

§. II.

Ad FAMILIARITATIS vocabulum quoque pergimus; descendit hoc à Nomine FAMILIARIS, quod interdum *Substantivè*, interdum *Adjectivè* (Germanicè was zum Hauswesen gehörig) legitur, quâ ratione dicuntur familiaria sepulchra. *l. familiaria 5. ff. de relig. & sumt. sua.*, Res familiaris, pro privatâ, ad differentiam publicæ *l. Juris gentium 7. §. 14. ff. de pact. l. interdum. 4. ff. de publ. jud.* Propriè hac voce denotantur illi, qui sunt in eadem familiâ, quorum dux & princeps generis vocatur Pater & Mater-familias *l. pro-*
nun-

nunciatio. 195. §. 2. ff. de Verb. Sign., cujus impensis continuo vi-
vunt, & morantur cum eo, quasi domestici commensales c. sicut
nobis ult. de Verb. Sign. in 6. Sich. ad l. 2. C. de test. n. 3. Ad cujus con-
stitutionem ad minimum tres requiruntur. l. detestatio. 40. §. 2. ff. de
V. S. Schneidew. ad §. si grex legatus. 18. Inst. de legat. n. 10. Est enim
familiae nomen collectivum, & corporis ex pluribus corporibus
d. l. 40. §. 1. Duo non possunt sufficere d. l. 40. §. 2., quia duo pri-
mus numerus est, quò non bene corpus hujusmodi concluderetur
constans ex distantibus, quodque nec facti est, ut congregatio,
quam in duobus fieri tradunt Canonistæ. Quidam nec tribus
sunt contenti per l. 1. §. 17. ff. de Vi & Vi arm. sed absque, ut puta-
mus, necessitate. Vid. de personis familiaribus, i. e., quæ sunt de
familia, de domo, de agnatione, parentela, cognatione post Alex.
in l. ex pacto §. Si quis rogatus 14. ad Scit. Treb. & Alciat. in l. pronun-
ciatio. 195. §. familiae. 2. de V. S. Mascard. concl. 756. & seqq. Improprie
is intelligitur, qui amicitiae nexu alicui conjunctus, pro ut Cicero
plerumq; amicos suos vocat familiares.

§. III.

Illorum, qui in Foro semper juris pariter, atque æquitatis ar-
bitri celebri cum laude æstimati sunt, unum atque alterum monu-
mentum percurrentibus sub JURE FAMILIARITATIS omnia
Jura, quæ ex amicitia, conjunctione, gratiâ, civilitate, urbanitate,
liberali tolerantia, & pacis causâ conceduntur, ante oculos posita
sunt, quæ Besoldus in Thes. Pract. sub voc. Nus Freund- und Nach-
barschaft / nec non Cubach in Questionum illustrium cent. 2. decad. 4.
quest. 2. conjungit, iisque insuper Jus Vicinitatis laudatus Besold.
loc. cit. adjungit, nec ineptè, cum in amicitia vicinitati haud ulti-
mus locus arrideat, ejusq; intuitu propter reciprocationem, scan-
dala omnia fugienda, non minùs, quàm familiaritatis conser-
vandæ ergò, multa etiam contra jus commune, quæ aliàs non so-
lent, concedenda. Nescia etenim est Amicitiae benevolentia re-
gulis, & legibus certis adstringi, sed semper & ubique ad beneficia
hilaris & promptissima accurrit conf. Senec. c. 1. seq. de benef.

§. IV.

Omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet
à Definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo dispute-
tur, monet Cicero, omnis eloquentiæ parens. lib. 1. Off. Cujus mo-
nito obtemperaturus, quamvis periculosa sit, ac parùm, ut non

Inverti queat *l. omnis definitio* 202. ff. de R. J. Manz. in Comment. Rat. Reg. ad §. eodem numero Inst. de Reb. corp. & incorp. n. 5. juxta d. legem nostram 41. talem propono : **JUS FAMILIARITATIS** est actus, quò amicus familiari rem, ad commoditatem aliquam, gratuito concedit, ac permittit, ita, ut utens nullum jus inde, vel obligationem consequatur.

§. V.

A definitione procedo ad *Causam*, cum **REMOTAM**, tum **PROPINQUAM**. *Remota* est **DEUS**, per eum namq; sicut omnium rerum in orbem terrarum *l. societatis* 1. C. de vet. jur. enucl., ita etiam familiaritatis, societatis atque amicitiae dispositio producta est; Hæc ratione homini primo post alias creaturas mirificè formato Evam vicinam, sociam, ac familiarem fecit *Gen. 1.* Ab his certè prima domus, prima societas, prima familia primordia cepit *Tholof. Syntagm. Jur. Univ. lib. 8. c. 2. n. 18.*, iisque simul jus naturæ sive dictamen rectæ rationis inditum, indicans quomodo homo sese gerere debeat erga Deum, proximum, & semet ipsum. *l. juri. 1. §. fin. cum l. sequi ff. de Just. & Jur. §. jurisprudentia. 1. & §. juris præcepta. 3. Inst. eod.* Inde etiam descendit naturalis illa cognatio, & amicitia, contra quam alteri insidiari nefas putatur *l. ut vim. 3. ff. eod.* Habet siquidem hoc cum Deo homo commune, ut benefacere aliis queat, quod, ut fiat, omnium interesse verissimè judicat *Jctus. in l. servus. 7. ff. de serv. exp.* cum quò consentit *Cicero* in Catechismo *Pagan. lib. 1.*, inquam, de Officiis: Homines hominum causa generatos esse, adserens, sui tamen dilectione minime exclusa *per l. preses. 6. C. de serv. & aqu. Sich. ad l. 30. C. de fideic. n. 4.*, utpote, quæ summa æquitate nititur, ac dirissimis etiam animalibus insita est *Manz. Comm. Rat. Reg. ad Tit. Inst. de J. N. G. & C. n. 8.*

§. VI.

Causam PROPINQUAM ex sola **POTESTATE** ac **VOLUNTATE** pendere certum est, siquidem in quovis actu hæc duo semper concurrere *c. cum super 23. X. de off. & pot. deleg. Sich. ad Auth. Non licet. C. de lib. præterit. vel exher.* neque actus agentium ultra eorum intentionem explicari debent. *l. non omnis. 19. §. 1. ff. de reb. cred. l. si cum. 21. pr. ff. de exc. rei jud. l. quotiens. 9. pr. ff. de hered. inst. l. sive emancipatis. 17. C. de donat. Cz. Proc. T. 14. a. 5. n. 27.* *Voluntas* autem illa duplex est *Expressa & Tacita*. Altera modò verbis claris & expressis. *l. item si. 7. §. 11. ff. ad Sct. Mac. l. quedam. 15. ff. de reb. dub. modò*

modò verbis in chartam relatis *Auth. si modo C. fam. ercisc. Sich. ad Auth. quod sine C. de testam. n. 5. Brun. cent. 3. dec. 27. modo actu sive facto conjuncto l. pro herede. 20. pr. ff. de acquir. velam. hered. Menoch. cons. 1. n. 264. Cz. Proc. Tit. 13. a. 7. n. 35. eoq; commodius declaratur, quia velle non videmur, quod exteriori aliquo signo sive facto non declaravimus l. potuit. 5. C. de jur. delib. Manz. in Comm. all. ad §. 18. de rer. div. n. 6. Altera ex patientia & scientia aliaque simili ratione permittentis consensum arguente elicitur. l. alienationis. 28. ff. de V. S. l. quotiens ult. ff. de servit. l. omnium. 3. ff. de usufr. l. servitutes. 1. §. 2. ff. de S. P. R. Schneidew. ad §. 40. J. de rer. div. n. 3. §. Vin. Cz. Proc. T. 22. a. 1. n. 43.*

CAP. II.

De

PERSONIS JUS FAMILIARITATIS EXERCENTIBUS.

§. I.

Circa personas hoc observandum prima fronte videtur, nimirum DUAS requiri PERSONAS sibimet AMICAS *arg. l. nostra. 41. quoniam familiaris quis dici non potest, nisi in relatione ad alium familiarem. Harum altera Concedens, altera Utens appellatur. Ex parte igitur Concedentis, quæ alium liberalibus quibusdam beneficiis imbuat, favor desideratur per leg. h. 41. non quidem levis, sed qui sanguinis conjunctione & charitate homines devincit. l. pietatis. 6. C. de Susp. tut. aut, quæ illi non impar, amicorum scilicet benevolentia, de cujus gravi momento, quo conjunctorum sæpissimè & affinium propensæ voluntati præponderat, testante l. nemo dubitat. 58. §. 1. ff. de hered. inst. l. cum allegas. 4. C. de Castr. pec. lib. 12. & æquissimè inter conjunctionis fœdera refertur. Bald. in l. ut vim. 3. ff. de J. §. J. n. 6. Jas. in l. quæ dotis. 33. ff. solut. matrim. n. 73. Sich. ad l. exigendi. 12. C. de procurat. n. 7. Huic laudatæ amicitiae Comes esse debet rei proprietatis sive jus quoddam in re *arg. l. in adibus. 9. §. 3. ff. de donat. l. cujus 163. ff. de R. J. cujus intuitu liberam quilibet habet facultatem juxta l. in re mandata. 21. C. mandati. Usum vel non usum. l. libertas 4. pr. ff. de stat. hom. Brunn. ad l. viam. ff. de via publ. imò & abulum l. sed §. si 25. §. 11. ff. de petet. hered. & in quâ facultate**

facultate sibi legem, ut ab ea recedere non possit, statuere non potest. *l. si quis. 22. ff. de leg. 3. l. si de re. pen. ff. de recept. nisi (1) lex vel conventio aliud suadeat arg. §. sed naturalia 11. Inst. de I.N.G. & C. Manz. in Comm. Rat. Reg. Inst. de Rer. div. n. 13. vel (2) utilitas publica, quæ cum necessitate pari passu ambulat Cz. Proc. T. 9. a. 3. n. 98. legemq; frangit. l. ita vulneratus 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. tutor. 7. pr. ff. de admin. tut. l. lex quæ. 22. ff. eod. l. tutor ult. C. de tut. & curat. qui satisd. non ded. c. non debet. 8. X. de consangu. & aff. c. abb. 25. 3. circa fin. de sent. & re jud. in 6to. aut (3) Æmulatio, quæ Jctis illicitum factum audit, cujusq; causâ rem suam quis vendere, in ve re suâ ædificare nequit, Bart. in l. quicumq; 2. C. de fund. limitr. Menoch. A. I. Q. l. 2. cas. 156. n. 3., quia flagitiosæ & illicitæ rei sive negotio nullæ in jure vires tribuuntur arg. l. quod saepe. 35. §. 2. ff. de contrah. emt. l. nec Prætor. 57. ff. pro soc. l. in omnibus 1. §. 14. ff. de tut. & rat. distrab. l. si a reo 70. §. ult. ff. de fidei. Quæ tamen in dubio non præsumitur arg. l. semper. 56. ff. de Reg. Jur. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 156. n. 9. sed judicis arbitrio ex circumstantiis æstimatur.*

§. II.

Jam dicta extendenda quoque esse ad BONÆ FIDEI POSSESSOREM cum justo titulo, nemo ibit inficias (qui justus titulus si cesset, malam fidem potiùs arguit tam in Sax. quam terris Imperii Bechm. Exerc. ad ff. Tom. 2. p. 1. p. 411. n. 143. seq.) quia (1) iste animo cogitatione & opinione domini possidet l. apud. vers. cum igitur 21. C. de furt. l. si servus. 22. §. 1. ff. de nox. act. l. quæcunq; 13. §. 1. ff. de publ. in rem. act. Manz. in Comment. all. de Usucap. n. 30. Sich. ad l. 9. C. fam. erciscund. n. 2. (2) quia bona fides parile jus tribuit possessori, quod veritas domino l. bona fides. 136. ff. de R. I. Eckolt. ad Tit. ff. de acquir. rer. dom. §. 28. imprimis præscriptione justâ ad eam tempore requisito interveniente, cujus virtute absolutum sibi dominium acquirit l. traditionibus. 20. C. de pact. l. bono 1. ff. de usurp. & usucap. l. si quis. 8. pr. C. de præscr. 30. l. 40. ann. Sich. ad l. 1. C. de serv. & aqu. n. 6. Schneidew. ad §. si quis a non domino. 35. J. de rer. div.

§. III.

Nec USUFRUCTUARIUM, quò cum UTILES DOMINI certò modò conveniunt, à facultate familiariter quidquam concedendi excludi, liquidum est; si quidem hic invito domino vendere potest. l. cui ususfructus. 67. ff. de usufr. (2) donare. l. arboribus. 12. §. 2. ff. eod. l. ex re. 31. l. non utitur. 38. l. quod si. 40. ff. eod. (3) ipse

(3) ipse re frui vel alteri fruendam concedere vel locare. *l. arboribus. 12. all. l. si cuius. 13. in fin. ff. de usufr. l. si is. 11. §. 1. ff. de hypoth.*
 (4) precario concedere. *l. arboribus. 12. all. non obst. l. sed si quid. 15. §. 4. ff. de usufr. l. 66. in fin. ff. de jur. dot. §. finitur. 3. Inst. de Usu & Habit.* Usuuario tamen hanc facultatem minimè commodamus, quòd aliis jus utendi non concedere aut locare, multò minus vendere potest. *l. sed neq. 8. pr. l. inque eo. 11. ff. de Usu & Habit. §. minus 1. Inst. eod.* eò tamen casu exceptò, quò constituens hoc concessit, etiam tacitè propter conditionem usuarii v. g. si quis sciens aurigæ usum equi concesserit. *l. plenum. 12. §. 4. ff. de Usu & Habit. Schneidew. ad pr. Inst. de Usu & Hab. n. 9. Cz. p. 3. c. 13. def. 4. n. 9.* aut aliàs usus planè inutilis foret. *l. Divus. 22. pr. ff. de Usu & Habit. Cz. d. l. n. 7. Id. part. 1. Dec. 69. n. 10. seq.*

§. IV.

Ex prædictis igitur luculenter videre est: Omnes, quicunque rerum suarum moderatores sunt, vel propter verum dominium, vel propter aliud jus quæsitum, ex familiaritate aliquid tolerare vel facere posse. Quare non immeritò concludimus, quod possit etiam *Filius familias* rat. scilicet (1) *Peculii Castrensis* suam liberalitatem exercere, dum omnia validè ex vero dominio gerit. *l. cum oportet. 6. pr. C. de bon. quæ lib. inque eo* (2) patrum familias vice fungitur. *l. usq. 2. ff. ad SCt. Maced.* (3) cum ipso patre contrahit, ubi tamen cautelam commendat, ut sc. exprimatur de hoc peculio ita factum esse, *Stryck. de caut. contr. sect. 1. c. 2. §. 26.* (4) eò mortuò non confert. *pr. Inst. quib. non. est permiss. fac. test. l. hic titulus. 1. §. 15. ff. de collat. bon.* (5) liberè sine patris consensu alienat. *l. filiusfam. 2. C. de castr. pec. milit.* II. Quoad *quasi Castrense* cum eundem cum priori effectum sortiatur, neque ab illo, nisi ratione subjecti differat, idem statuendum, quoniam (1) eodem modò plenum dominium habet. *l. forti. 4. C. de advocat. div. jud. l. cum advocatis. 8. C. eod. l. cum oportet. 6. pr. ff. de bon. quæ lib. Auth. 1. Presbyteros. C. de Episcop. & Cleric.* (2) de eodem disponit tam inter vivos. *l. filiusfam. 7. §. fin. ff. de donat.* (nisi statutò vel consuetudine contrarium probetur,) quàm mortis causa. *l. hic titulus. 1. §. 15. ff. de collat. l. cum antiquis. ult. §. 1. C. de inoff. test.* III. Nec aliud quid de *Adventitio Irregulari existimandum*, si quidem in plerisque *Quasi-Castrensi* affine est, nec pater in eò quidem ususfructus commoditatem habet. *Nov. 117. c. 1.* è contrà *filiusfamilias* largam facultatem de eo

B

dispo-

disponendi. *d. Nov. § cap. all. l. cum multa. 7. C. de bon. quælib. pa-*
terq; si possideat, aut administret, jure familiaritatis facere præ-
sumentur. per Nov. all. toties quippe jus illud præsumitur, quoties
titulus sive jus excogitari nequit. Socin. Sen. conf. 181. col. 2. lib. 1.
Menoch. A. I. Q. l. 2. cas. 160. n. 17. vel quoties nemo præsumitur juri
proprio renunciasse. Klock. Vol. 1. conf. 29. n. 551. § 561.

§. V.

Similiter socios vel alios in communione viventes hoc libera-
 litatis genus sibi invicem exhibere posse apparet, quia (1) sunt &
 manent domini & arbitri, (2) in societate esse res meræ facultatis
 est, & pro lubitu renunciandi viam eligere permissum. *l. actiones. 65.*
§ 3 ff. pro soc. Schneidew. ad §. quædam actiones. 20. J. de act. n. 19. ne-
m oq; in communione manere cogitur. l. in communione ult. C. com.
divid. l. si non sortem. 26. ff. de condict. indeb. quia ceu mater discor-
diæ multa incommoda afferre sivevit. l. cum pater. 77. §. 20. ff. de
leg. 2. Mascard. de probat. concl. 328. n. 1. qua propter nec perpetua
communio præscriptione inducitur. arg. l. in hoc judicium 14. ff. com.
div. l. nulla 70. ff. pro soc. Schneidew. all. Besold. conf. 249. nec pactum
de perpetuâ communione valet. arg. l. 14. § 70. all. (3) quia nemo
rei communis moderator, & arbiter. l. si ut certo. 5. §. 15. ff. commod.
Schneidew. ad §. retinendæ ubi in Interd. uti possidetis. n. 18., & alter
alterum semper censetur recognoscere, ut eleganter declarat.
Balb. de præscript. 4. part. pr. qu. 13. quem citat Cz. p. 2. c. 4. def. 14.
n. 5. Hoc igitur jure judicantur fratres possedisse, aut alii commu-
nia quædam habentes, licet unus tantum administret, accedat ad
prædia, eaque locet, ac fructus percipiat. Post. de manut. obs. 54.
n. 15., quia quoad aliorum ratas dicitur ille pro eis possidere jure
non proprio, sed familiaritatis. l. communis. 42. pr. de acquir. velam.
poss. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 15. atque ingenere ita inter fra-
tres præsumitur. Menoch. lib. 6. præf. 67. n. 12. præsertim ubi Jus
Primogenituræ obtinet, quo casu, si frater natu major res com-
munes administravit, etiam longo tempore, non acquirit posses-
sionem, quia jure familiaritatis, & amicitia fecisse censetur. Petr.
Rebuff. ad Const. Regn. Gall. tractat. de mater. poss. in præfat. n. 172.
& quidem eò magis, si antea declaravit administrans, quod per
quemlibet actum & administrationem non intelligeretur sibi pos-
sessio quæsitæ. Natta conf. 502. n. 13.

§. VI. Ab

Ab hujuscemodi tandem familiari permiffu minimè arcendas esse personas fictas five univerfitates corroboratur. *l. mortuo 22. ff. de fidej.*, quarum nomine quandoque veniunt civitates, pagi &c. *Manz. Tract. Rat-Reg. ad §. univerfitatis 6. Inst. de rer. divis. n. 1. Wesenb. ad Tit. ff. quod cujusq; univ. n. 2. Cz. Proc. T. 5. a. 4. n. 5.* Principis indultu existentes *l. neque. 1. pr. ff. quod cujusq; univ.* quia (1) ad exemplum reipublicæ habere possunt arcam communem. *l. neque. 1. §. 2. ff. quod cujusq;* (2) quia res quæ in patrimonio sunt donare, & alienare valent, certis adhibitis solennitatibus, & requisitis, quæ recenset *Brunnem. ad. l. 3. C. de vend. reb. civ. eorumq; præcipuas, utilitatem sc., pietatem & necessitatem adduxit. Stryck. Tract. caut. contract. sect. 1. c. 3. §. 16.* quò casu privatorum loco habentur. *l. eum. 16. ff. de V. S. non obst. l. inter. 17. eod.* sæpius enim commune & publicum in jure promiscuè usurpantur, & inter se confunduntur, quatenus nimirum opponuntur privato. *l. quamvis. 50. ff. de acquir. rer. dom. l. fluminum. 24. ff. de damn. inf. l. litora. 3. ff. ne quid in loc. publ. Manz. in Comm. Rat-Reg. ad §. 1. Inst. de rer. divis. n. 46.* (5) quia multa ratione vicinitatis, etiam contra jus commune, quæ aliàs non concederentur permittuntur. *Robert. Marant. Spec. aur. Disp. 8. n. 33. Cothm. Vol. 4. Resp. 42. n. 11.* Hòc tantum observatò, eam univerfitatis cujuscunque naturam esse, ut pleraque fiant de consensu majoris partis *l. aliud. 160. §. 1. ff. de R. I. l. quod major. 19. ff. ad municip. l. nulli. 3. l. plane. 4. ff. quod cujusq; univ.* Exemplo nobis est Jus Compascui, (*Roppelweide*) quando duæ pluresve Civitates seu Univerfitates in prædiis & agris vicinis sibi invicem mutua pascua concedunt, *de quo infr. cap. seq.* Tantum de Persona concedente.

§. VII.

Personam UTENTEM quod concernit, brevibus perlustrandum, ac colligendum, neminem in hoc jure protali habendum esse, quàm qui sana mente, ac voluntate libera gaudet; Voluntas enim ubi non est, ibi certè neque actus moralis subsistere poterit *c. cum semper. 23. X. de Off. & pot. jud. deleg. Sich. ad Auth. Non licet. C. de lib. præterit. & ex hered.* facit etiam huc præcipuè, quod invito & ignorantì beneficium non conferatur *l. invito. 69. ff. de R. I. l. hoc jure. 19. ff. de Donat. Carpzov. p. 2. c. 12. def. 20. §. l. 5. Resp. 62. Sande lib. 5. decis. Fris. tit. 5. def. 1. non obst. l. servus. 62. ff. de V. O., ubi quidem servus acquisivisse obligationem videtur, sed non com-*

modè illud ad beneficia applicari potest. Quare non iniquè dixerim, neque infanti, (nisi sint res, quæ infantes æstimare solent) neque furioso (qui quemadmodum cognoscendus vid. *Zach. Quest. Medico-Legal. § quomodo probandus Wesenb. parat. ad L. Cornel. de Sicariis §. 25. Stryck. de Caut. sect. i. c. 2. §. 7.* neq; mente capto ex jure familiaritatis aliquid utiliter accrescere, absq; tutoris autoritate & consensu curatoris, cum eorum una ratio, unus intellectus, una voluntas, una administratio §. *furiosus. 8. §. pupillus. 9. Instit. de inut. stip. l. furiosi. 40. ff. de R. I.* nam & aliàs velle nemo videtur, qui imperio aut directioni alicujus obsequitur, per *l. velle. 4. ff. de R. I.* Paulò aliter se habet in pupillo, qui ob intellectum aliqualem post annum septimum, per *l. si infanti. 18. pr. C. de jur. delib.* omnia negotia lucrosa absque tutore, nisi ipsi aliquã viã præjudiciosa sint, validè gerit §. *pupillus. 9. Inst. de inut. stip.* Nam de commodo sibi prospiciendi libertate gaudet pr. *Inst. de aut. tut.* neq; id invidendum, ut res suas augeat sine tutore, quia magis custos datus videtur pupillo, ne rem suam perdat. Ac multò magis minori curatoris præsentia, & consensus remittendus esse videtur bonis solum, non personæ dati. *l. in copulandis. 8. C. de nupt.*

§. VIII.

Porrò filium familias in rebus quidem profectitiis liberum animum minimè habere credo arg. *l. peculii. 4. pr. ff. de pecul. §. 2. l. non statim. 8. ff. eod.* ac ne vix quidem, si filius easdem separatim habeat, atq; administret, patris licet consensu expresso arg. *d. l. peculii.* vel etiam tacitò *l. non solum. 49. ff. de pecul.* sed, quod omninò familiaritatis, nec proprio jure possideat ac moderetur, non erit diffitendum, quia nudè tantum possidet nec retinere. *l. filiusfam. 93. ff. de R. I.* pater verò pro voto, & quocunq; tempore adimere potest arg. *l. peculii. 4. pr. Schneidew. ad §. 10. Inst. de act. n. 34.* quare nec procurator patris filius familias factus censetur, quando negotia patris pertractavit, cum familiaritatis jure administrasse negotia dicatur ap. *Menoch. A. J. Q. cas. 160. n. 16.* eodemq; modo fecisse judicatur filius, qui matris fundum possedit & coluit per *l. 41.* ubi Bart. hoc exemplum affert. Vice versâ pater bona filii non adventitia, sed vel Castrensia, Quasi castrensia, & Adventitia Irregularia possidens, aut administrans planè nullum jus acquirere, vel præscriptione habere potest, licet permultos annos actus quosdam gesserit; sed jure familiaritatis possedisse, mode.

moderatumq; fuisse asseritur ab allegatis apud Menoch. d. l. Ruino
conf. 34. num. 13. lib. 1. § conf. 174. num. 4. lib. 1. nec non Curt. Jun.
confil. 108. præsumuntur enim liberi tacuisse ob reverentiam, quæ
ipsis præjudicare nequit per l. si quis pen. ff. de furt. l. Prator ait. 1.
§. 10. ff. quod vi aut clam. Cz. p. 2. c. 5. def. 11. n. 3.

§. IX.

Cæterum in discrimen venit, an Judæis etiam familiaritatis
 nomine quidquam sit tribuendum? In Concilio Narbonensi circa
 annum 1235. celebrato, referente post Bail. in addit. ad Summam
 dicti concilii, & Ziegler. de Jurib. Majestat. Dietherro in addit. Specul.
 Speidel. voc. *Juden* / ut nemini Christianorum, familiaritatem aut
 participationem quandam cum Judæo, sub pœna excommunica-
 tionis, habere liceat; severè statutum, procul dubio cum de atro-
 cissimis in Salvatore nostrum contumeliis commissis, tum de
 horrendis, quæis Christianorum patrimonia deterunt fænerationi-
 bus, quarum tabulam refert. *Limn. de Jur. Publ. lib. 3. c. 2. n. 41.* ex
 qua apparet, quod Judæus si saltem duos nummos per hebdoma-
 dam à floreno usurarum nomine accipit, intra viginti annorum
 spatium ex viginti florenis lucretur fermè quinquaginta duo mil-
 lia florenorum. Sed verò, quoniam de talismodi conversatione,
 quâ juxta *l. Judæus. 8. C. de Judæis.* Hebræi à recto fidei tramite Chri-
 stianos abducendi ansam quærunt, ratio saltem capienda, nec non
 mitiori cum iis viâ ambulandum ruminando, quod quilibet condo-
 nare, atque Judæorum quemlibet, æquè ac Christianum, pro pro-
 ximo reputare debeat, qua propter haud inique arbitror, quod hu-
 manitatis contemplatione tolerandum aliquid, atq; familiaritatis
 nomine permittendum sit. *per cap. etsi 13. X. de Judæ.* Tolerari siqui-
 dem non solum videmus, cum privatorum nemini licentia com-
 petat aliquid adversarii in ipsos moliendi, sed & cum ipse Impera-
 tor Justin. & moderni Imperatores, aliique Status in iisdem reci-
 piendis satis beneficos sese ostenderint, quorum beneficio etiam-
 num in Imperio, aliisque provinciis communi jure vivunt, ac civi-
 bus quoad onera, & nonnulla privilegia exæquantur. *Mascard. de*
probat. concl. 945. n. 23. Brunnem. ad l. 7. C. de Jud. n. 3. Imò hilari-
 mente liberum religionis exercitium celebrant, nec non festivita-
 tes, cœmeteriaq; ipsis concessa frequentant. *c. 3. all.* Proinde Chri-
 stianæ benignitatis fructus carpere nusquam prohibitos esse argu-
 mentamur, cum iis donare, aut beneficio eos ornare in LL. nostris,

aliàs bonos præmiis, malevolos odio prosequentibus. *arg. l. Juri. 1. §. 1. ff. de J. & J. nullibi vetitum eliciatur, neque textus. l. Judæus. 1. C. ne Christ. manc. hæret. vel Jud. hûc est trahendus, qui de persona solùm Christiana Judæo non donanda, vel alio modo communi-
canda loquitur (quæ tamen neque in Christianorum quidem com-
mercio est. l. inter. 83. ff. de V. O. l. & liberi 4. ff. de contrah. empt. l. si
in. 34. §. 2. ff. eod.) quoniam (1) pro permisso habendum, quod non
expressè prohibitum. *arg. l. nec non. 28. §. 2. ff. ex quib. caus. maj. Cz.
p. 2. c. 13. def. 36. n. 2. nec absque lege quicquam temerè asseren-
dum. Nov. 118. c. 5. (2) eò magis hûc facit, quod misericorditer fa-
miliaritate quadam, ac pietate (hæc ipsius textûs verba sunt) Chri-
stianâ eos afficere liceat, quatenus scilicet animum gratum, ac bo-
nos mores in conspectum proferunt. *c. etsi. 13. X. de Jud. & quod (3)
legatum, quod donationi, (cum qua nostrum Jus familiaritatis certa
ratione convenit) simile. §. legatum. 1. Inst. d. Leg. juraque quæ in do-
natione valent sibi vindicat. Sich. ad. l. 3. C. de leg. n. 11. ipsis singulis
relictum valeat. *arg. l. quod. 1. C. de Jud. Brunn. ibid. n. 3. Cz. p. 3. c. 13.
def. 36. non obst. d. l. 1. C. de Jud. de Collegio verba faciente, cui
legari nequit, cujus rationem petas ex l. collegium. 8. C. de hered.
inst. Nam quod quidam prohibitionis causam in eo ponunt quasi
illicita essent Judæorum collegia, jurî non respondet, uti colligere
est ex l. spadonem. 15. §. 6. ff. de excus. tut. l. generaliter. 3. §. fin. ff. de
decurion. & probat ad utrumque textum. Gothofr. in not. margina-
libus Addat. l. circumcidere 11. ff. ad L. Corn. de Sicar. Sed & Judæorum
collegia inter legitima olim à Cæsare fuisse habita refert ex actis
publicis Josephus ἀρχαιλογ. 14. non prohiberi, scribens, Judæos
stipem conferre, aut agitare convivia, quæ collegiorum conditio-
nes sunt. l. mandatis. 1. pr. ff. de colleg & de corp. Græca verba Jo-
sephi retulit. Gothofr. ad d. l. 1. & Cujac. lib. 7. obs. cap. 30. Causam
ob quam Collegia Judæis subire in Imperio Romano licuit, expri-
mit apud Philonem Augustus in suis Edictis, Collegia & Coitiones
Judæorum (Synedria aliàs vocantur) se ideò permittere, ajens,
quod non seditionum nutricula, sed scholæ temperantiæ, & justi-
tiæ summo ardore animi hominum omnis virtutis genus ample-
ctentium citante Cujac. d. l. Quare nec veterem Christianorum
Ecclesiam rejecisse Judæos, quos DEUS OPTIMUS MAXIMUS
præ cæteris diebus extremis ad gloriam elaturus sit, tradit Cory-
phæus ille Jurisconsultorum *ibid.* Non itaque concludit ista ra-
tio****

tio: huic vel illi sodalitia aut collegio non potest legari, Ergo adeo sunt reprobata. Nam & Christianorum quibusdam collegiis quondam Principes Christiani inutilia legata censuisse similiter docet laudatus autor, adducens eò verba Hieronymi: Non de lege inquentis, conqueror, sed doleo, quod meruerimus hanc legem. Provida severaq; legis sanctio, & tamen ne sic quidem refrenatur avaritia: per fidei commissa legibus illudimus.

CAP. III.
De
OBJECTO.

§. I.

A Personis ad materiam, circa quam Jus Familiaritatis admitti potest, ire paramus, atque frontispicii loco nominamus (1) Res in commercio, quales non sunt liber homo, *vid. tamen infr. §. 3.* Res Sacrae, Sanctae, Religiosae, licet conditio adjiciatur, si profanae fiant *arg. l. inter. 83. ff. d. V. O. Stryck. de caut. sect. 1. c. 3. §. 2.* Publicae in strictissima sc. significatione *l. inter 83. all. l. §. liberi 4. ff. de contrah. emt. l. si in 34. §. 2. ff. eod. l. litora 51. eod.* (2) Illas, quae functionem non recipiunt, nec usu consumuntur, adeoque post usum & revocationem restitui nequeunt *per §. item is. 2. Inst. quibus mod. re contrah. obl. l. mutuum 2. ff. de reb. cred. nisi concedantur ad ostentationem, aut dicis gratia. l. sed mihi. 3. §. 6. §. l. saepe. 4. ff. commod. dicis verò gratia dicitur, quando quis sine voluntate abutendi aliquid accipit, tantum ut fucum ostendat, & de eo, more quorundam, sponfas intolerabili arrogancia decipere laborantium, locupletem idoneumve se esse, dicatur. *Wesenb. ad Tit. ff. commod. §. 4.* (3) Honestas, & Licitas. Licitè enim fieri non intelliguntur quae jure non fiunt. *Sich. ad l. 1. C. quod cum eo qui in al. n. 2. & cum bonis moribus, publica q; honestate, etiamsi non expressè sint prohibita, pugnant arg. §. juris. 3. Inst. d. Just. §. Jur.* neque enim id posse dicimur, quod salvâ probitate, honestate, verecundiâ, existimatione, & dignitate existere nequit, *l. filius. 15. ff. d. condit. inst. & contra publicam utilitatem tendit, quamvis gratiosè eveniat l. praeses 12. C. de transact. cum publicum, & legibus consentaneum per privatos tolli non possit. l. nemo 55. ff. de leg. 1. Sich. ad l. 8. C. de testam.**

testam. n. 3. (4) Non vitiosas, quia adjuvari non decipi beneficio nos oportet. *l. in commodato. 17. §. 3. ff. commod. c. unic. X. de precar. Sich. ad l. 2. C. de collat. n. 3.*

§. II.

Aliàs quidem Rei vocabulum generale est *l. è re. 1. in fin. ff. d. reb. cred.* neque in hac universâ naturâ quicquam reperiri potest, quod res non sit, quare, ut vocabulum transcendens, pecuniam, delicta, contractus, obligationes, mancipia, honores & negotia complectitur, & quæ sunt extra patrimonium vid. *Gothofr. ad all. l. 1.* hoc tamen in opere ultra eas non extendimus: Quæ (1) sunt MOBILES, atque de loco in locum natura & jure salvæ moveri possunt (quibus moventes æqui habentur *l. moventium. 93. ff. d. V. S.*) suntque vel viles, siquidem nil vilius esse potest, quam calci *Syr. cap. 46. vers 22.* vel alicujus valoris e. g. aurum, argentum factum vel infectum *Wis. ad. l. 93. all.* vel pretiosæ e. g. Libri, Merces, idque genus alia, licet non diffitear, ea ipsa aliquando pro immobilibus haberi *l. lex quæ 22. C. de admin. tul. Manz. ad §. 17. Inst. §. rer. div. n. 14.* quod præcipuè in causa satisfactionis, ubi possidere immobilia, & possidere mobilia pretiosa paria sunt *Cz. p. 1. c. 5. defn. 19. §. Proc. T. 9. a. 5. n. 126. seqq.* procedit, non verò in materia successionis aut reliquis. *Bechman. Exercit. Tom. 2. p. 1. p. 334. n. 73.* Referimus insuper inter has naves. *l. prætor ait. 1. §. 7. ff. de vi §. vi arm.* nec non molendina cum pneumaticis navalia, excepto casu, quo jus annexum servitutis perpetuæ habent *Spreng. de domop. 12.* aut ad certum locum usus perpetui gratiâ destinata sunt, & affixa per *l. fundi. 17. ff. §. 7. de act. emt. vend. l. hujusmodi. 84. §. 10 ff. de leg. 1.* & per ea quæ habet *Carpz. p. 3. c. 12. def. 15.* II. IMMOBILES, quæ de loco in locum citra rei corruptionem salvæ moveri nequeunt, suntq; tales e. g. fundus. *l. qui certum. 1. ff. de condit. tritic.* quibus metallicæ partes annumerandæ, quoad scil. nondum sunt separatæ. *Cz. p. 3. c. 25. def. 1. §. 2. Thoming. Decis. 12.* & res solo cohærentes. *l. Prætor ait. 1. §. 3. 4. §. 6. l. quod est. 3. §. 15. ff. de vi §. vi arm.* nec non mobilia, quæ juris intellectu nonnunquam pro immobilibus reputantur, ut mobilia certo in loco destinata perpetui usus gratiâ. *l. fundi 17. §. 7. ff. de act. emt. vend.* e. g. pisces si propagationis causa in stagno reclusi. *arg. l. usufructuarium. 62. §. ff. de usufr. secus si custodiæ gratiâ tantum. l. Lines. 15. in fin. ff. de act. emt. vend. Eckolt. ad Tit. ff. de rer. divis. n. 17.*

§. III. Res

Res porrò dividi queunt in *Corporales & Incorporales* arg. l. e
re est. 1. ff. si cert. pet. §. minus. 1. Inst. de Usu & Hab. l. ait Prætor. 2. §. 1.
ff. commod. l. quæsitum. 8. §. 5. ff. de precar. l. & habet. 15. §. 2. ff. eod.
l. in edibus. 9. pr. ff. de donat. tot. tit. Inst. de Reb. corp. & incorp. Illæ,
quæ suâ naturâ tangi posse dicuntur §. quedam un. Inst. de Reb. corp.
& incorp. iterum sunt vel jam Præsentēs e. g. liber homo, quemad-
modum Electores Principes aliq; Status non solum propter fœ-
dera inita, vicinitatem, aut alias amicitiaë causas Consiliarios,
Musici chori magistros, atque optimos comœdiarum actores &c.
pro rerum circumstantiis sibi invicem credere solent, & conce-
dere (non recidentes propterea in Sct. Favianum, quod scriptum
tantum modo contra plagiaris Sich. ad Rubr. C. de commod. n. 2.)
iterumq; si inviti arg. l. denique. 3. §. 5. detineantur, petunt aut præ-
judiciis, aut interdētis, aut cognitione Prætoria, ut constat ex
l. post act. 1. §. 2. ff. de rei vindic. vel FUTURÆ sive Spes, non enim
necesse est, ut ipso actu tangantur, sed sufficit, ita comparatas
esse, ut tangi queant, quales sunt multæ res in profundo maris,
& intimis terræ visceribus nondum ab ullo hominum visæ aut
tactæ Eckolt. ad Tit. ff. de rer. divis. §. 15. Hæ Incorporales sive Ju-
ra pariter locari (exc. Usu) §. minus. 1. Inst. de Usu & Habit. com-
modari. l. ait Prætor. 1. §. 1. ff. commodati, gratis & precario con-
cedi, §. minus. 1. all. l. quæsitum. 8. §. 5. ff. de precar. l. ait Prætor. 2. §. 3.
l. veluti. 3. l. & habet. 15. §. 2. ff. eod. nec non donari possunt l. in edi-
bis. 9. ff. pr. de donat. Variè hujusmodi habentur species, quarum
aliquas hîc afferri placet.

§. IV.

Et quidem earum nonnullæ inveniuntur, quæ aliàs, & sæpius
 jure Servitutis exerceri solent, ut sunt (1) *Usufructus*; Hujus
 juris quòd liberam *Usufructuarius* facultatem habet, quoad com-
 moditatem scil. nonnihil amicitiaë gratiâ permittere valet *per ea,*
quæ supra in Subjcto. (2) *Habitatio*, quæ itidem aliis locari & con-
 cedi non nequit; sic dicitur mulier unâ cum viro domum habi-
 tans illius possessionem vel quasi acquisivisse *Menoch. A. I. Q. lib. 2.*
cas. 160. n. 14. sed tantum jure familiaritatis. Gratian. discept. for.
c. 450. n. 6. Nec non idem asserendum esse vult de marito Post. de
manut. obs. 54. n. 17. Parili quoque ratione extendi suevit ad fra-
tres prædia communia habentes, & communiter habitantes;

C

quo

quorum licet unus administret, ad prædia accedat, ea locet, fructus percipiat *Post. de manut. all. loc. num. 12.* quoad aliorum tamen ratas dicitur ille possidere non suo, sed Jure Familiaritatis. *Vid. supr. in Subjecto.*

§. V.

Operæ (3) quæ diurnum officium regulariter sunt *l. operæ. 1. ff. de oper. lib. vel,* quia per singulos dies præstantur. *l. si decem. 17. ff. §. 5. de Stat. lib. vel,* quia per diem laborandum est. *l. operas. 3. ff. de Oper. lib. l. si legatum. 2. ff. de ann. leg.* Hæ licet in dubiò jure potiùs subjectionis, aut precario magis exhibitæ, quàm spontaneæ præsumantur *Cz. p. 2. c. 4. def. 3. n. 1.* ac tricennali de Jur. Saxon. præscriptione vindicentur, tum propter textum *Constit. Elect. 4. p. 2. §. 5. Hatten aber in solcher Zeit die Bayern 1c.* tum, quod Jus Sax. indistinctè, tam in continuis, quàm discontinuis, aliisq; juribus realibus nullam aliam, præter hanc tricennem, præscriptionem noverit *Carpz. p. 2. c. 4. def. 8. n. 5. seqq.*, nihilò seciùs tamen familiaritatis aut amicitie jure præstantur, quando scil. nulla præcessit alia obligatio *Carpz. all. loc. def. 2.*; quia servitute usus non videtur, qui, suo se jure uti, non credidit, & qui jure familiaritatis possidet, quemadmodum nec rusticus, qui per multos annos nobilem visitavit, & capones eidem attulit, si non præcessit obligatio, causâ familiaritatis eos attulisse creditur, nec in futurum obligari intelligitur *Menoch. A. I. Q. l. 2. cas. 160. n. 17. Klock. Tom. 1. conf. 21. num. 95.*

§. VI.

Præterea (4) de facili, ac plerumq; familiaritatis jure fieri solent: Ire, agere, aquam haurire *Valla de reb. dub. p. 184.* item monstrare viam, dare consilium petenti &c. *Spieg. Lex. sub voce: Beneficentia.*, quoniam, quæ concedenti non nocent, alteri verò profunt, facillè conceduntur. *l. in summa. 2. §. 5. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Talia quippe qui non facit, justissimè vocandus misanthropos, siquidem fædam animi malignitatem, & abjectionem involvunt: sublimior contrà & splendidior adhuc gradus est, si quis ex singulari benevolentia vel ex propensione, vel ex propria generositate, vel singulari affectu gratis quid in alterum confert impensâ, aut operâ laboriosâ constans, quò ipsius necessitatibus succurratur, aut utilitas quæpiam eidem concilietur. E regione non facillè, sed servitutis potiùs jure, quamvis interdum etiam familiari-

liaritatis causâ, permittuntur sepem præcidere, iter facere vel reficere, ut commodè eatur per fundum vicini, rivum facere *Val- la de reb. dub. supr. all.* nec non aquam ducere, quoniam de Jure Gentium hoc non est cuilibet permiffum *Schneidew. ad § possidere Inst. de Interd. n. 127.*

§. VII.

Inter alia Jura, quæ ex mera facultate exercentur (1) est Tu- tela materna, quam sola mater jure veteri, & de jure novo etiam avia *Nov. 118.* (non invita *Nov. all. vers. his non solis. Schneidew. pr. Inst. qui test. tut. dar. poss. n. 10. Zobel. in add. ad Gloss. art. 11. lib. 1. Land R. n. 4. Carpz. p. 2. c. 11. def. 11. n. 13.* etiam si sit debitor. *auth. Ad hæc. C. qu. mul. tut. off. fung. pot. Nov. 94. c. 1.* modò non prodiga. *Bechman. Tom. 2. p. 1. fol. 129.* ut tali calu pro secunda nu- bente reputanda sit. *l. his solis C. de revoc. don.*) ante susceptionem reculare, post susceptionem verò revocare potest, petitis sc. tu- toribus, rationibus redditis, ac reliquis solutis. *Nov. 22. cap. 40. Carpz. de Jur. fœm. dec. 2. pos. 1. n. 34.*

§. VIII.

Secundò huc non absurdè retuleris actus possessorios in sessio- nibus, aliisque actibus, qui causas publicas non respiciunt, cum ho- nor dantis, non accipientis sit; multa sc. alteri civilitatis & hu- manitatis causâ tribui solent, quæ tamen nec hujus dignitatem au- gent, neque illius prærogativæ præjudicant. *Post. de manut. obs. 53. n. 10.* non aliter, quàm si quis in Comœdia dominum suum vocet, cui mox imperet, uti alludit. *Crusius. in Tract. de Præemin. Sess. & Præced. lib. 1. c. 6. n. 16. seq.*

§. IX.

Tertiò Jus Compascui (*Koppelweide*) quod omni tempore solo familiaritatis jure atque amicitiae toleratur ac permittitur; quando nimirum duæ pluresve vicinæ civitates, universitates &c. in prædiis, & agris vicinis mutua sibi invicem compascua conce- dunt. Nihil hoc aliud esse videtur, quàm precarium reciprocum. *Cz. p. 2. c. 41. def. 9. n. 7.*, in quò jura familiaritatis, & mutuae quasi societatis attenduntur. *Cz. p. 2. c. 4. def. 14. n. 4. Köppen. part. 1. dec. 12. n. 18. Struv. Ex. 13. th. 27.* & pro lubitu liberè revocantur. *arg. l. malè agitur. 2. C. de præscript. 30. l. 40. an. Cz. all. n. 5.* quandò fortè partes propriis pascuis uti volunt. *Köppen. all. loc. n. 7.* nec pascua omnium pastioni sufficiunt. *Pruckman. consil. 14. n. 25. Coler,*

decif. 218. in quibus insuper præscriptio nulla currit, Cz. all. c. 4. def. 14. n. 1. Struv. cit. loc. nec ullum jus tribuitur, ut alter invitus compelli queat. Köppen. all. loc. n. 10. Richt. Vol. 1. conf. 36. Struv. Ex. ad Tit. de S. P. R. th. 26. sed, quicquid una pars facit, illud nec alteri est prohibitum. Dec. conf. 265. n. 3. p. 3. quemall. Cz. p. 2. c. 41. def. 14. nisi superveniat nova causa, forte, quando prohibitione factâ non absteineat. Cz. p. 2. c. 4. def. 15. n. 1. seq. aut per modum servitutis hoc jus sit constitutum. Mev p. 5. dec. 252. Fritsch. de Jur. compasc. th. 17. Ad eundem modum se habet Convenatio sive venatio simultanea, (Koppel-Jagd) ubi duo pluresve vicini nobiles, alique hujusmodi jure præditi, vicinis suis in agris ad minores feras capiendas convenantur jure solùm familiaritatis, amicitia & vicinitatis causâ cum facultate omni tempore revocandi, & renunciandi. Köppen. decif. 20., cum, quæ ex familiaritate veniant non sint præscriptibilia. Klock. Vol. 1. conf. 21. n. 96. nisi forsitan jure servitutis alter patiatur. vid. Ahasv. Fritsch. in Corp. Venat. Forest. tractat. de Convenat. membr. 5. §. 8.

§. X.

Olim quidem (§) Venatio, quæ in latissima significatione continet non modò venationem in specie sic dictam, quæ est animalium terrestrium, sed etiam piscationem, quæ est aquatilium, & aucupium, quod est volatilium. §. fera. 12. Inst. de rer. divis. l. quarundam. 1. §. fin. l. vel quæ. 2. ff. de acquir. rer. dom. Schwamman. Proc. Cam. p. 1. c. 12. n. 40. Wesenb. ad ff. de acquir. rer. dom. §. 7. meræ facultatis erat, & a quocunque, dominis permittentibus, instituebatur. l. Divus. 16. ff. de S. R. P. l. quod enim. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. Verùm, cum hodiè Principes, cæterique Status ex consuetudine propter certas causas ad sua eam quæsiverint oblectamenta, interque regalia vindicârunt. Heig. p. 1. qu. 15. n. 44. Klock. conf. 29. Vol. 1. n. 102. seqq. Id. conf. 50. n. 373. Rosenthal. de feud. c. 5. concl. 94. n. 4. Finckelthuf. obs. 41. n. 14. Carpz. p. 2. c. 3. def. 25. n. 3. nemini subditorum venari, aut bestiis insidias parare licitum esse dixerim, Brunnem. ad §. 12. Inst. de rer. divis. nisi sint homini maximè infestæ. Brunnem. ad l. un. C. de venat. ferar. lib. 11. Wesenb. ad Tit. ff. de acquir. rer. dom. n. 7. Quanquam autem hæc ita se habent, tamen & hodie à superioribus ex singulari gratia concedi. Noric. in addit. ad §. fera. 12. Inst. de rer. div. nec non ab illis familiariter permitti videmus, qui valido quodam titulo liberum in venatione arbitrium consecuti

cuti sunt & juxta. *l. in re mandata. 21. C. mandat. moderantur, aut,*
 qui venandi Jus bonâ fide, vel tanquam regale superioris, tempore
 non longo, sed immemoriali. *Ord. Prov. Aug. Elect. Sax. An. 1555.*
Tit. Daß keiner auff des andern Grund und Boden ic. Richt. p. 1.
dec. 16. Carpz. p. 2. c. 3. def. 25. vel tanquam jus privati, tricennali
præscriptione, tam de Jure Civili, quam Sax., exemplo corpora-
lium immobilium. Sich. ad l. 2. C. de serv. Saqv. n. 3. seq. sibi impe-
trarunt. Carpz. all. n. 9. Const. 4. def. 1. n. 6.

§. XI.

Solent ultimò Principes, Status & confines civitates more
 hodierno ad commissi delicti locum delinquentes jure amicitiae &
 ex urbanitate remittere *Franzk. ad ff. de Jud. n. 46. Gail. lib. 1. de Pac.*
publ. c. 16. n. 30. seq. Cz. Pr. Crim. qu. 110. n. 54. Sub literis tamen re-
versalibus Richter. decis. 15. §. 3. seqq. Utrum verò ipsius Jurisdictioni-
nis exercitium de facili ex urbanitate, atque amicitia indulgeatur,
maximè cum Schneidew. ad §. possidere. Inst. de Interd. n. 127. dubi-
to, quia quilibet regulariter jure suo, non familiaritatis uti creditur
per cap. cum de beneficiis. §. de præb. & dign. in 6to. Panormit. in c. 3. X. de
caus. poss. & propr. n. 23. nisi aliud ex circumstantiis colligi queat,
hoc sc. jure familiaritatis evenisse; talis modi casus emergit, quan-
do jurisdictio quidem spectat ad fratrem primogenitum, alii verò
fratres actus jurisdictionales fecerunt; ita enim non proprio, sed
familiaritatis fraternæ causâ admissi dicuntur. Gratian. discept. for.
c. 450. n. 6. Post de manut. Obs. 54. n. 16. Mascard. de probat. concl. 204.
n. 10. Rebuff. ad Const. Regn. Gall. Tract. de materiis possessorii in præfat.
n. 172.

CAP. IV.

De

FORMA.

§. I.

CERTO condendæ disputationis ordine electo progrediendo ad
 causam formalem & Requisita ducor. Requiritur igitur ad
 formalem rationem juris nostri. (1) Concessio spontanea; quare
 liberalitatem ab eo promanasse frustra dicimus, quem jure dare
 oportet: *arg. l. nemo un. C. d. thes. lib. 10. l. si creditori. 28. pr. ff. de*

C 3

leg.

leg. 1. l. unum 67. §. 1. ff. de leg. 2. vel qui invitus est. per l. donari 82. ff. de R. I. l. donari. 29. ff. de donat. l. rem legatam. 18. ff. de adim. leg. Manz. ad pr. Inst. de donat. n. 6. qualis putatur non is tantum, qui contradicit, sed & qui consensisse non probatur. l. filiusfam. 8. §. 1. ff. de procurat. l. invitum. 5. ff. de S. V. P. aut qui ignorat, l. qui vas. 48. §. 3. ff. de furt. aut qui prohibere non potuit. arg. l. si quis. 91. ff. eod. l. unum. 67. §. 1. ff. de leg. 2. Hanc quoque spontaneitatem metu removeri in aprico est. per l. nihil. pr. 116. ff. de R. I. l. ait prætor. 1. pr. ff. quod met. caus., eò scilicet qui in constantem virum cadere l. metum. 5. §. sequ. ff. quod met. caus. nec repelli potest. l. vis autem. 2. ff. eod. l. nec timorem. 7. §. 1. ff. eod. item verberum & cruciatuum corporis. l. si per vim. 4. C. de his qui vi metuve ibiq; Brunnem. n. 2. atque minarum capitalium. l. si donationis. 7. C. eod. modò denuncians eas aliàs exequi solitus fuerit, aliisve de rationibus earum executio justè metuenda veniat. l. metum. 9. C. de his quæ vi met. ibiq; Brunnem. n. 2. Menoch. lib. 3. præf. 126. n. 24. Struv. Ex. 8. §. 13. siquidem paria sunt aliquid fieri coactè, vei timore coactionis. Bald. ad l. 2. C. de his quæ vi met. Phil. de Subhast. cap. 1. com. 3. §. 6. cum metus verisimiliter inferendus habeatur pro illato. Sich. ad l. 10. C. de jur. delib.

§. II.

Adsit (2) concessio gratuita necesse est; nihil enim beneficio magis contrarium, quàm ut pretiò redimatur. arg. §. in summa. 13. Inst. de mand., aut si potius decipiatur quis, quàm juvetur. l. in commodato 27. §. 3. ff. commod. quamobrem liberalitatem captiosam consilium quoque prudentum fregisse monet. Ulpianus in l. cum Aquiliana. 5. ff. de transact. Num verò honorarium aliquod accedere queat, dubium movet. l. precarium. 1. §. 1. ff. precar. quòd tunc potius locatio conductio videatur. Sed Resp. quòd æque hîc, ut in precario. vid. Richt. Velit. acut. 1. th. 22. concurrere possit, diversa sc. consideratione, ut conductio intelligatur ratione mercedis, gratiosa concessio ratione durationis, modò quantitatem veræ mercedis non excedat. arg. l. præses. 1. ff. de Extraord. cogn. §. 12. præprium cum locatio conductio quidquam precarii in se habeat. arg. l. locatio. 4. ff. locat. conduct. amicitiaque benè conveniat gratiam referre, gratuitamque operam remunerare. l. remunerandi. 6. ff. mandati, Addi (3) potest concessio commodum aliquale tribuens, ne sit frustranea, sed potius aliquid operetur. c. pastoralis 7. de donat. l. quo-

l. quoties. 12. ff. de reb. dub. l. si quis. 66. ff. de jud. l. in generali. 80. ff. de V. S. Struv. decis. Sabbath. 10. c. 33. Cz. Proc. Tit. 15, a. 1. n. 25. Hinc & tacite concessa videntur, sine quibus id, quod concessum est, explicari non potest. arg. l. cui. 2. ff. de jurid. l. ad rem mob. 56. ff. de procurat. idque non solum de necessariis, verum etiam utilibus affirmat. Menoch. de adipisc. Sc. fol. m. 239. n. 110.

§. III.

Rursus (3) familiaritatis jus, & concessio civilis dici nequit cessante libera quocunque tempore revocatione, cum regulariter precarii naturam habere judicentur, quæ tacite, & per dissimulationem concessa mutatis nostris rationibus, aut propter immodestiam utentium recte revocari possunt. *Puffend. del. N. & G. lib. 3. c. 3. §. 14.* tamdiu scilicet, quamdiu, qui concessit, patitur, per *l. precarium. 1. pr. ff. de precar. c. precarium. 3. de precar. Sich. ad rubr. C. de commod. n. 3. Sc. ad l. 1. C. de serv. Sc. aqu. n. 5. Menoch. de Interdictis adipisc. Sc. fol. 412. n. 44.* modico tamen temporis intervallo arbitrio judicis, ut in precario, concessio. *Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 23. n. 4.*, ne actus sint frustranei per ea, quæ dicta §. præced. in fin. Est etenim naturæ æquum, tamdiu aliquem nostra liberalitate uti, quamdiu velimus. *l. ait. prætor. 2. §. 2. ff. de precar. l. hæc conditio. 66. ff. de condit. indeb. ne ex propria liberalitate vexemur, & gravemur, nostræque liberalitatis poenam mereamur. l. ad res donatas. 62. ff. de Ædil. Ed. Sich. ad Rubr. C. commod. n. 3. Cz. p. 2. c. 14. def. 7. n. 4.* cum justitiæ, ac summa æquitatis ratio svadeat, neminem cum alterius incommodo suam conditionem meliorem reddere debere, per *l. plane. 38. ff. de hered. petit. l. nam hoc. 14. ff. de condit. indeb. l. jure naturæ. 206. ff. de R. I.*

§. IV.

Quare liberalitate utens non animo, & verè. per *l. si quis. 10. §. 1. ff. de acquir. vel am. poss. l. certe. 6. §. 2. ff. de precar.*, sed corpore tantum possidere dicitur. *l. quæcunq. 13. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. si serv. 22. ff. de noxal. act. l. qui jure 41. de acquir. vel am. poss.*, concedens verò suum jactasse. *l. cum de 25. ff. de probat.* aut juri prole introducto renunciassè non præsumitur. *Brunnem. cent. 4. dec. 42.* licet per multos annos concessum nec revocatum fuerit. *Post. de manut. obs. 53. n. 11.*, licet etiam actus mille & plures secuti fuerint, *Post. all. obs. 54. n. 6. Sich. ad l. 1. C. de serv. Sc. aqu. n. 3. Carpz. p. 2. c. 4. def. 14. n. 6. Eckolt. ad Tit ff de servit. §. 2. arg. l. ait prætor. 1. §. 19. ff. de aqu. Sc. aqu.*

§ *aqu. pluv. arc.* illud enim incertum tempus propter dubium reputatur perpetuum, donec revocatur. *l. jurisperitos. 30. pr. ff. de excus. tut. l. in rebus. 4. §. 4 ff. de prec. Schneidew. ad §. possidere. Inst. de rer. div. n. 58.*, aut concedens invitâ non revocaverit, tûm, licet in priori voluntate perdurasse videatur, jus tamen revocandi ad hæredes transmisit per ea quæ habet. *Struv. in decis. Sabbath 9. c. 4.*, aut pacto aliquod tempus petatum sit, neque illud elapsum arg. *l. cum precario. 12. ff. de precar.* quia hoc pactum naturæ precarii, gratuitæque concessionis repugnat. *l. all. §. l. 1. §. 2. ff. eod.* limitatur tamen quod inter privatos hoc tantum obtineat, non verò inter Principes & subditos quod illæ concessionis Principum æquitate magis & jure gentium nitantur, quam privato, nec non privilegia principum plenissime interpretanda sint. *l. beneficium. 3. ff. de Constit. PP.* (ratione scilicet Ipsorum non tertii. *l. Prætor ait. 2. §. 10. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. Struv. decis. Sabbath. 8. c. 33.*) *Fritsch. in Corp. Venat. For. Tract. 7. in app. de venat. precar. §. 9.*

CAP. V.

De EFFECTU.

§. I.

Effectus denique per aliam disputationis partem, prioribus relictis, considerandus supervenit, *Communis sc. § Singularis.* Ubi notandum, communiter ea omnia, quæ jure familiaritatis facta, tolerataque sunt, neque agenti jus vel possessionem, neque toleranti vel patienti ullum præjudicium, aut infuturum obligationem parere, neque actionem civilem, vel exceptionem alicui, vel in aliquem, efficere. *per l. hanc. 41. l. fluminum. 24. §. 12. ff. de damn. inf. l. Proculus. 26. ff. eod. l. si in meo. 21. ff. de aqu. § aqu. pluv. arc. l. viam. 2. ff. de via publ. l. qui luminibus. 11. §. 1. ff. de S. P. U. l. servitutem. 25. ff. quemadm. serv. am. l. interdictum. 14. ff. de precar. Rebuff. de mater. poss. præfat. n. 165. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 12. seq. Mascard. de probat. concl. 1214. n. 14. Klock. Tom. 1. cons. 21. n. 100. Id. cons. 29. n. 553. § Cons. 50. n. 254. Natta Cons. 502. n. 20. Carpz. p. 2. c. 4. def. 9. n. 2. Manz. decis. qu. 17. n. 4.*, quia magis ad beneficii causam,

causam, quàm ad negotii naturam spectant. per *l. interdictum. 14. ff. de prec. arg. l. precarium. 1. §. 1. ff. eod.*, resque meræ facultatis, à libera voluntate dependentes, contra naturam istius libertatis necessitatem, permittente lege, non inducunt. per *l. cum te. 4. C. ne ux. pro mar.* repugnando inter se, liberè aliquid posse, & necessitate adstringi. *l. non quidquid. 40. pr. ff. de judic.*, maximè, cum actus facultatis sive familiaritatis causa gesti incerti & variables sint nec quisquam in iis legem sibi imponere possit à qua recedere sibi non liceat. per *l. si quis. 22. ff. de leg. 3.* Ex quo omninò fluit, quod ea, quæ à voluntate partium pendent, præscriptionem non admittant, tanquam eorum possessione vel quasi nullâ existente, cum solus temporis cursus ad inducendam obligationem non sufficiat, per *l. obligationem. 44. §. 1. ff. de O. & A.* Prætereà voluntariis exactibus consuetudo induci nequit, quia animus inducendæ consuetudinis inter ejus requisita refertur. *Schultes quest. pract. 86. n. 50. seq. Bursat. conf. 360.* Familiariter enim concedentes, utentesve sibimet solum invicem præjudicare, jus verò tertii detrimentosum, vel nocivum constituere, aut publico juri derogare minimè valent, quia nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet, & quælibet concessio tacitam clausulam habet salvo jure tertii, per *l. inter alias. 1. C. res int. al. act. vid. supr. in Subjecto §. 1.*

§. II.

Effectus ALTER singularis elicitur ratione *Concedentis*, utpote cui nulla suis de rebus revocandis facultas adimitur, aut servitus quædam ex gratuita concessione imponitur. *Klock. Tom. 1. conf. 29. n. 552. Cothman. Vol. 4. Resp. 47. n. 19.* aut possessio aufertur; siquidem generaliter dicendum, omnem, qui nostro nomine in possessione est, velut hospes, amicus &c. non sibimet ipsi, sed nobis possidere, *l. generaliter. 9. ff. de acquir. vel. am. poss.* atque eapropter actus, qui facti sunt jure familiaritatis conjunctionis & amicitiae, nullum planè alterius possessioni præjudicium inferre. *Menoch. conf. 202. n. 144. Post. de manut. obs. 54 n. 5. per legem hanc 41.*, ubi expressè dicitur, non possidere illum, qui jure familiaritatis, & amicitiae possidet, cujus ratione Dd. communiter concludere moti, quod per actus familiaritatis alteri nulla prorsus possessio acquiratur *Thoming. Vol. 1. conf. 29. n. 7. n. 27. Klock. Tom. 1. conf. 21. num. 99.* Ita, ut tales actus verum possessorem nec relevent, nec ei præjudicium pariant. *Post. de manut. 1. obs. 54. num. 5. § p 2. D decis. 208.*

decif. 208. num. 8. Menoch. conf. 202. n. 44., neque in possessorio, vel petitorio attendantur *Klock. all. loc.* aut necessitas aliqua ex amicitiae debito inducatur. *Ziegler. ad Calvol. Prax. Aur. p. 262. n. 76. Thoming. Tom. 2. conf. 36. num. 66. Klock. Tom. 1. conf. 29. n. 27.* Sed potiùs, licet per multos annos tolerati sint, negari possunt, sicuti de uno actu ad alterum, in his quæ nudæ facultatis sunt arguendum esse docet *Post. all. obs. 53. num. 11.*, ne aliàs permittentium voluntas ultra intentionem eorum operetur. *l. non omnis. 19. pr. ff. si cert. pet. l. quotiens. 9. pr. ff. de hered. inst. l. si cum. 21. ff. de exc. rei jud: Fab. Cod. lib. 6. tit. 5. def. 4. num. 2. Carpz. Proc. Tit. 14. a. 5. n. 27. § Tit. 15. a. 2. n. 24.*

§. III.

ALTER effectus SINGULARIS ratione UTENTIS invenitur, quod (1) servitatem sive jus aliquod sibi non acquirat, ex actibus enim ratione vicinitatis amicitiae aut gratiae, per aliquod tempus toleratis, servitus sive jus quantocunq; tempore non elicitur. *l. viam. publ. 2. ff. de via publ. ibiq; Dd. l. Proculus. 26. ff. de damn. inf. l. si in meo. 21. ff. de aqu. § aqu. pluv. arc. Klock. Tom. 1. conf. 29. n. 552. Wesenb. conf. 311. n. 13. Manz. decis. qu. 17. n. 4. Carpz. p. 2. c. 4. def. 5. n. 3. seqq.* (nisi ex superveniente nova causa *Köppen. dec. 12. § Carpz. all.*) quin destruunt potiùs, quam probant *Post. de manut. obs. 53. n. 2.*, quia scil. non videtur usus servitute, qui non credidit, se jure suo uti *l. ait Prætor 1. §. 19. ff. de aqu. quot. § æstiv. Carpz. p. 2. c. 4. def. 2. num. 4.* nec necessitatem induxisse *Thoming. Tom. 2. conf. 36. n. 66. Klock. Tom. 1. conf. 29. n. 557. seqq.* Quamobrem & rusticus, qui per multos annos nobilem visitavit, & capones attulit, si nulla præcessit obligationis causa, jure familiaritatis attulisse creditur, nec in futurum obligari, uti jam supra retulimus ex *Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 17. Klock. Tom. conf. 21. num. 95. seq.* eâdem ratione, qui hospitatus pluries est apud amicum, illum cogere haud potest ad denuò hospitandum, nisi causa aliqua subsit, ob quam conjiciatur, non jure familiaritatis, sed servitutis hospitatum fuisse. *Menoch. § Klock. all. loc. § nn.* Idem dicendum quoq; est de eo, qui feudò alteriùs jure familiaritatis usus est, etiamsi per mille annos, per *l. ait Prætor. 1. §. 19. ff. de aqu. quot. § æstiv. l. viam. 2. ff. de via publ. Carpz. p. 2. c. 4. def. 14. num. 6.*

§. IV.

Deinde (2) actus familiaritatis id operatur, ut utens possessionem vel quasi non acquirat, per *l. 41. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160.*

cas 160. num. 13. Klock. Tom. I. conf. 21. n. 99. Post. de manut. obs. 54. num. 8. § 14. & apud eum alleg. Gratian. discept. for. c. 450. num. 15. Thoming. Vol. 1. conf. 29. n. 27. Carpz. p. 2. c. 4. def. 9. n. 2. Manz. dec. quest. 17. num. 4. Nec etiam ideò, quod actus fuerint plures, & mille e. g. in venatione, piscatione &c. Post. all. n. 6. aut fructus percipiuntur Mascard. de Probat. in verb. possessio concl. 1189. num. 8. § 9. Balbus Decis. Pom. de Spolio lib. 2. c. 4 n. 116., aut quod habitans appellet domum suam, vel fecerit melioramenta, quia hæc potuit facere ratione habitationis, & familiaritatis, prout inquilini quotidie faciunt, Posi. all. n. 18. non verò animo, ut possideat, licet corpore in fundo sit, vel aliud jus exerceat, per l. 41. ibiq. gloss. l. generaliter. 9. ff. de acquir. vel am. poss. Manz. in Comment. Rat. Reg. ad Tit. Inst. de usucap. n. 26. neque ille possessionem adeptus esse dicitur, qui ita nactus, ut eam retinere non possit, l. non videtur. 22. ff. de acquir. vel am. poss. l. ait Prætor. 1. §. fin. ff. de interd. ubi poss. l. ait Prætor. 2. §. 1. ff. de precar. eo observato quod actus meræ facultatis tribuant neq; obligationem, neq; possessionem. l. ait Prætor. 2. §. 1. all. Carpz. p. 2. c. 4. def. 9. Manz. decis. quest. 17. n. 4.

§. V.

Hæc relata tamen exceptionem quodammodo patiuntur, (1) quando utens possessionem expressè rogavit, eamque permissu veri domini consecutus est; quod tamen de alia, quam naturali intelligendum non est, civili apud dominum manente, per l. ait Prætor. 2. §. 3. ff. de precar. Menoch. de Interdictis adpiscenda §c. fol. 165. n. 40. (2) quando cessat alterius possessio, quo casu manutentibilem esse possessionem jure familiaritatis asserit Post. obs. 54. num. 18. (3) quando præcedit titulus, quia hunc actus sequentes præsumuntur facti in vim tituli præcedentis, ad exclusionem actus voluntarii Post. obs. 53. n. 18., vel quando titulus alius excogitari potest, sic enim ex titulo, qui jus proprium arguit, possidere creditur. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 20. ibiq. citatus Soe. in. Sen. conf. 181. col. 2. lib. 1. § conf. 13. n. 17. lib. 4. etiamsi titulus esset invalidus & inutilis Post. obs. 54. n. 11. Klock. Tom. I. conf. 50. n. 30. eò magis si justus esset Post. all. n. 21. aut superveniens. Idem ibid. & hoc modo cessante jure familiaritatis aut facultatis, possessio fundi in solidum existens apud fratrem, qui caret titulo, ne quidem pro rata adjuvat in præjudicium fratris titulum habentis Costa de Quota & Rata quest. 116. per tot. : (4) quando de servitute,

aliove jure constat per l. cum eo. 9. ff. de S. U. P. l. sicut aut. 8. §. 3. ff. si serv. vindic. : (5) quando testes deponunt de actibus locationis, incisionis arborum, ædificii, domus & aliis à veris dominis fieri solitis Post. all. n. 20. (6) quando prohibitio accedit Post. all. n. 6. §. 20. cujus illa melior, quæ facta per manum, vel lapilli jactum, quam ea, quæ à Prætore sive interdictum *Valla de rebus dubiis* p. 193. accedente tempore à lege definito *Brunnemann. ad l. 2. ff. de Serv. Struv. Jurispr. For. Rom lib. 2. t. 9. §. 20.* nec non patientiâ, quæ non modò accedit, si manifesta est, dum nimirum quis ipso facto prohibenti obtemperat, & usum juris permittit, & vice traditionis fungitur *Bechm. Ex. Tom. 2. p. 1. p. 410. n. 142.* sed etiam tacita, quando quis usum juris, prohibitione alterius quæsitum, non interpellat l. quoties. ult. ff. de Servit. *Sich. ad l. 1. C. de serv. §. aqu. n. 6.*

§. VI.

An verò unicus, vel plures actus requirantur, quæritur? Respondeo esse arbitror distinguendo inter jura Negativa, & Affirmativa. In iis, utpote quæ in prohibendo consistunt per unicum actum, sive prohibitionem unicam, cum alterius patientia, quasi possessionem acquiri, non dubitamus, quia natura eorum est, ut in actu & jure prohibitivo consistant. *Schneider. ad §. summa. 1. Inst. de interd. n. 61. seqq. §. possidere. eod. n. 126.* In his verò Affirmativis sc. sive permissivis e. g. ire per fundam alterius, aquam ducere, pascere gregem, jurisdictionem exercere &c. iterum distinguit. *Schneider. all. n. 127.* inter ea, quæ non solent concedi de facili, ratione facultatis, & amicitiae, nec possunt facillè competere ex merâ facultate à jure gentium permessa, & tunc per unicum actum inducitur quasi possessio. l. ait Prætor. 1. pr. §. 4. §. 22. ff. de aqu. quot. §. æstiv. & de Jurisdictionis actu probat. *Knichen. de Jure Territ. n. 162. seq.* quia in his præsumitur utens intendere jure suo *Panormit. in. c. 3. X. de caus. poss. §. propr. n. 23.* nec non ea, quorum usus potest esse per modum amicitiae, aut naturalis cujusdam facultatis liberæ à jure gentium, concessa e. g. ire per alterius fundum, (ædes,) venari piscari &c. quæ etiam Jur. Gent. cuilibet permessa, nisi prohibeantur. l. divus. 16. ff. de S. P. R. l. quod enim. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. nemo un. C. de thes. lib. 10., & in his non sufficit unicus actus ad acquirendam quasi possessionem, sed plures uniformiter continuati, ex quibus colligitur, non jure familiaritatis, sed pro suo jure eum usum, & dominum fundi quoque passum fuisse. *Panormitan. ad. c. 3. X. de*

X. de caus. poss. § propr. n. 22. § 30. Schneidew. ad §. possidere Inst. de interd. n. 127. verum cum materia hæc admodum arbitraria sit. Panormit. cap. all. n. 25. judici ex actuum qualitate, & differentia, pluralitate, & similibus circumstantiis, an sc. jure servitutis, an vero amicitiae facti sint, judicandam eam relinquimus.

§. VII.

Porro (3) liberali atque benevolâ hujusmodi concessione, & permissione utens præscribere non potest, siquidem jura facultatis, amicitiaeque actus præscriptionem non patiuntur. per l. viam publ. 2. ibiq. Dd. ff. de via publ. Carpz. p. 2. c. 4. def. 14. § C. 41. def. 9. Bechm. Exerc. 14. Obs. 3. Klock. Vol. I. cons. 21. n. 96. seqq. Wesenb. ad ff. de jurisd. n. 14. § de usurp. § usuc. n. 10. Manz. ad §. 2. Inst. de rer. div. n. 39. Unde operæ rusticæ, (aliàs 30. annis anno & die præscribi solitæ. Const. El. 4. p. 2. & ad eandem Carpz. def. 1.) quando jure familiaritatis, aut amicitiae præstitæ fuerunt, ad effectum præscriptionis nil conferunt. Carpz. d. l. def. 2. Gail. de Arrest. c. 7. n. 17. in fin. neque currit præscriptio, licet tempus, non longissimum tantum, sed etiam immemorabile præterlapsum sit. Bertrand. cons. 3. col. 1. vol. 2. § cons. 200. vol. 3. e. g. siquis longissimo tempore, aut immemorabili consueverit ire ad molendinum, non propterea facultas præscripta, ut non possit ire ad aliud molendinum. Bart. in l. 1. col. 2. C. de serv. § aqu. Menoch. cons. 201. vol. 3. n. 61. Brunnem. ad l. 2. ff. de via publ. neque procedit, licet etiam actus plures, & mille secuti. arg. l. ait prætor. 1. §. 9. ff. de acquir. vel am. poss. Post. de manut. obs. 54. n. 6. Carpz. p. 2. c. 4. def. 14. n. 6. Eckolt. ad Tit. ff. de serv. §. 2. & hæc omnia propter solum defectum possessionis civilis, quia sine possessione. l. sine possessione 25. ff. de usurp. § usucap. c. sine possessione 3. de R. I. in 6to Sich. ad l. 2. C. de serv. § aqu. n. 7. vel quasi possessione, l. quotiens all. ff. de servit. Sich. ad l. 1. C. de serv. n. 6. continuatâ præscriptio nulla currit. l. usucapio. 3. ff. de usurp. § usuc. l. nunquam. 31. §. 1. ff. eod. Carpz. p. 2. c. 3. def. 26. n. 1. Hæc tamen regula, de non præscribendis rebus facultatis & familiaritatis, obtinet tantum in iis, quæ propriè & strictè tales sunt, ut lavare in publico, fenestram facere, altius ædificare. l. cujus. 24. ff. de S. II. P. non autem in iis, quæ juris potius, quàm facultatis, & impropriè saltem & relatione, quæ sc. non in solo factò, libertate naturali, & mero arbitrio consistunt, sed vel ad jus novum acquirendum tendunt, quorum nomine datur actio vel exceptio. e. g. Jus adeundi

hæreditatem, Jus reluendi pignus &c. *vid. Wesenb. conf. 2. n. 94. & Knichen. de Jur. Territ. c. 3. n. 212. & 221. Gail. l. 2. O. 18. & 60. Mynsing. obs. 16. cent. 1. Menoch. conf. 201. n. 66. vol. 3. Wesenb. ad Tit. ff. de resc. vend. n. 6.*

CAPUT ULTIMUM.

De

PRÆSUMPTIONE ET PROBATIONE JURIS NOSTRI, INSPERSIS ETIAM CONTRARIIS.

§. 1.

Fine operi nostro destinato præsumtionibus ac probationibus terminatum illud ibo. Sciendum igitur Jus, sive Actus familiaritatis præsumi (1) ob familiaritatem sive conjunctionem e.g. in filio, uxore, fratre &c. *vid. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 12. 14. 15. & 16. & lib. 6. præf. 67. n. 12.* (2) quando quis potuit possidere jure familiaritatis. *Klock. Vol. 1. conf. 29. n. 551. & 561. & conf. 50. n. 251.* modò actus indifferentes sint, qui jure familiaritatis pariter, ac jure proprio fieri possunt; tunc enim in dubio actus præsumuntur potiùs ex familiaritate, & amica concessione interpositi, quàm jure proprio. *Christin. dec. 177. vol. 2. n. 6. Zas. conf. 6. lib. 2. n. 26.* quia in dubio prædia præsumuntur libera. *l. altius. 8. & seq. C. de serv. & aqu. Sich. ad l. 1. C. eod. n. 6. Alciat. lib. 2. præf. 3. Carpz. Proc. Tit. 13. a. 1. n. 22.* nec non pro libertate semper est præsumtio, & pro eâ in dubio pronunciat. *Mev. p. 4. Dec. 101. n. 10. & p. 4. Dec. 17. n. 8. Brunnem. cent. 3. Dec. 41.* & familiaritatis jure aliquid in dubio potiùs toleratum creditur, quàm sui juris renunciatio. *Klock. vol. 1. conf. 29. n. 560. Besold. in Thes. Pract. voce. Aus Freund- und Nachbarschaft.* (3) in iis, quæ solent facilè & gratiosè concedi. *Schneider. ad §. possidere. Inst. de Interd. n. 127. & 130.* (4) quando alius titulus excogitari nequit. *Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 20. ibiq; alleg. Socin. sen.* (5) quando quis nullum titulum habet, sive quod habeat non constat. *Valasc. consult. 180. n. 7. Tom. 2. quem allegat. Post. de manut. obs. 54. n. 10.* nec de titulo alterius quid apparet: *Post. alleg.* etiamsi hic inutilis, sit vel invalidus. *Klock. Tom 1. conf. 50. n. 302.* cum enim unus possidet, & alter habet titulum, ille actus familiaritatis fecisse præsumitur. *Post. alleg.*

alleg. n. 11. Idem est, si quis in habitat domum. *Natta. conf. 502. n. 19.* nam tunc & in habitans, etiamsi domum suam appellet, vel fecerit melioramenta, non nisi familiaritatis jure ista exercere præsumitur, sicuti inquilini quotidie faciunt. *Post. all. n. 18.* aut fructus percipiat. *Natta. cit. loc. (6)* quando quis declaravit se velle possidere pro alio, veluti mater, quæ suscepit tutelam filiorum, & possessionem bonorum viri eorum nomine. *post Gratian. discept. for. c. 700. Post. de obs. 54. n. 32.* aut frater, qui administrat bona fratris. *Id. ibid. n. 15. (5)* Præsumtio pro familiaritatis jure est in actibus à procuratore gestis. *Mascard. de prob. concl. 1189. n. 9.* Idem dicimus in simplici possessione, quâ quippe solâ non probatur jus proprium, nec per ejus continuationem. *per l. 41. Id. concl. 539. n. 1.* sed requiritur potius, ut probetur titulus, bona fides, continuatio, & res non vitiosa. *ibid. n. 2.* nec sufficit, si dicant testes Titium possedisse pro suo *n. 3.* nisi dicant, se vidisse eum possidere pro domino tempore lege definito. *ibid. n. 5.*

§. II.


E contrario cessat præsumtio familiaritatis, (1) quando quis exercuit tale quid, quod non facile solet concedi jure familiaritatis & gratiosè, sed jure quodam proprio exerceri, ut jurisdictionis exercitium, quod ex gratiâ non facile conceditur. *Schneidew. ad §. possidere. Inst. de Interd. n. 127.* Ex hoc numero est etiam aquæductus. *Schneidew. all. servitia & operæ rusticorum, vid. Ziegl. ad Calv. Prax. Aur. p. 262. n. 74. seqq.* (2) excluditur, quando quis animum possidendi & intentionem suam declaravit verbis, vel facto. *Klock. Vol. 1. conf. 29. n. 568. & conf. 50. n. 251. (3)* quando quis habet titulum. *Id. Klock. Vol. 1. conf. 29. n. 571. Besold. sub voc. Mus Freund- und Nachbarschaft. Menoch. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 20. & ibi laudatus. Socin. nam, qui titulum possessionis, vel quasi, causamq; servitutis allegare potest, is nunquam præsumitur jure familiaritatis, sed proprio possedisse. Menoch. all. loc. n. 2. & lib. 6. præf. 69. n. 13. Mascard. de probat. concl. 1197. n. 1. seqq. Klock. Vol. 1. conf. 29. n. 571. (4)* Removetur præsumtio facultatis, & familiaritatis ex pluralitate actuum, per longum temporis intervallum gestorum, & ex diuturna possessione; toties enim multiplicata gratia non præsumitur, sed ex diuturna possessione acquiritur status considerabilis, & manutenibilis, & animus obligandi. *Post. obs. 53. n. 20.* maximè in valdè præjudicialibus. *Id. n. 21.* vel quæ fiunt cum magno incommodo ejus, qui gratiam fecisse prætendit, cessante alte-

alterius fraude, & malitiâ. *Ibid.* n. 22. § 23. Item si testes deponant de actibus locationis, incisionis arborum, ædificii, domus, & aliis à veris dominis fieri solitis. *Post. obs.* 54. n. 21. (5) quando præcessit aliqua causa obligationis. *Mench. A. I. Q. lib. 2. cas. 160. n. 17.* (6) denique cum de servitute, aliove jure proprio, *l. inter. 15. ff. de S. P. U. l. sicut. 8. §. 3. ff. si serv. vind. Post. all. Obs. 54. n. 11.* aut animo possidendi constat. *Mascard. de probat. concl. 1194. n. 5.*

§. III.

Actus familiaritatis quomodo demùm probentur, docet *Innoc. ad c. 4. de postul. prælat. § Schneidew. ad §. possidere Inst. de Interd. n. 130.*; incumbit nimirum probatio in his casibus & actibus ei, qui gratiam allegat; hinc si quis in exercitio juris alicujus turbatus, atque ab eo exclusus fuerit, & is, qui exclusit, ex gratiâ hæctenus sese admisisse alleget, alter verò, jure suo usum fuisse, dicat, alleganti gratiam probatio incumbit; quemadmodum etiam rusticis, operas familiaritatis causâ, & gratiosè sese præstitisse prætendentibus. *Carpzov. p. 2. c. 4. def. 3. Besold. in Thes. Pract. voc. Aus Freund- und Nachbarschaft.* Hæc autem probatio numper testes commodè expediri possit, dubium est, cum perpendendum sit, eos deposituros de re, quæ subsensum non cadit, nisi simul rationem reddere queant, *Post. de manut. obs. 54. n. 7.* Unde conjecturas admitti debere verisimile est, quia, quæ subsensum non cadunt, per indicia probari satis est. *arg. l. filiam. 6. ff. de his qui sui vel. alien. jur. Carpzov. Proc. Tit. 13. a. 3. n. 56.* Ante omnia verò inspiciendus animus & voluntas agentis, quæ, tanquam latens & obscura, declaratur per verba, & actus. Nam dum actus sunt talis naturæ, ut verisimiliter præsumatur facientem non facere, aut utentem non uti jure suo, pro facultate, & amicitia superest conjectio. *Dd. ad. l. 41.* Ubi autem quis aliquid facit, quod non faceret, nisi jure servitutis, is jure proprio agere dicendus est, & non ex familiaritate. *Struv. Disp. de Reb. mer. facult. cap. 4. th. 2.* Cæterùm operi nostro coronidem imponentes B. L. ea, qua decet, submissione rogamus atque contendimus, ut in interpretando candorem, in censendo modestiam, in corrigendo benevolentiam adhibere dignetur, NUMEN quoq; DIVINUM ardentissimis imploramus suspiriis, velit ita consiliis nostris actibusq; per Spiritum S. prospicere, ut quicquid geramus, vergat in Ipsius Laudem & Gloriam, & ei; publicæ & Proximi emolumentum.

F I N I S.



⊙ I. ⊙

SAlve, WOLFFIADE, florida Norici
 Pindi progenies, quam Philyrèia
 Et Salana parens huic stiterat choro.
 O virtute novæ maçte Licentiæ,
 Astrææ ô solidis auc^{tor} nitoribus.
 Tu nunc Thespiadum, Tu Charitum frui
 Gaudes eximiis dotibus. Hem! Vetus
 Tu exemplô renovas dogma tuô, artium
 Qvòd radice nihil detur amarius,
 Nec quid dulce magis fructibus artium.
 Gusta ergo, Patriæ dulce decus tuæ,
 Qvas divina Themis demetit, optimas
 Fruges, & titulis nunc magis ac magis
 Inclaresce novis, ut tibi pulpita
 Doctoris meritas accelerent vices,
 Altdorfumq; suo præmia Filio,
 Numburgumq; suo munia Filio,
 Præmonstrante viam Numine, conferant!

Honori
 Nobilissimi DNI. DOCTORANDI,
 Fautoris & Amici sui estimatissimi
 tribuebat

CHRISTOPHORVS Sonntag!
 SS. Theol. D. & P. P. prim.

E

II. Quid

Quid Lupus in cathedra? procul hinc discedite
Musæ!

Musis atq; Lupis nulla synaxis erit.
Sed Lupus hic noster non re, sed nomine talis,
Nec rapit, ast loquitur, post quoq; fura dabit.
Fura dabit, facietq; simul. Sint omnia fausta,
& SPARTAM excipiet MARTHA puella
breui.

Nobilissimo D.N. CANDIDATO, Amico suo,
de felicissima hac studiorum Academico-
rum Catastrophe ex animo gratulaturus
inter occupationes.

deprop.

GEORGIUS REICHARDVS Hammer / D.
& Antecessor.

Quid Nobis tribuant adimantq; precaria jura,
Hocce tuum specimen, doctaque charta
probat.

Gratulor ex merito magnoq; applaudo labori;
Ex hoc ut capias commoda multa, precans.

Languida quidem manu, pia tamen mente, medios inter
dolores arthriticos, de Supremis Juris Honoribus
Nobilissimo DNO. DOCTORANDO hisce ex
animo gratulatur

HENRICVS Lind / D.
IV. Est

IV.

EST homini per sepe Lupus dirissimus Alter:
Sed Tu Lupinâ prorsus Indole vacuus
Differis egregiè placidis de Furibus Aequi,
Humanitatis Officia pulchrè locans.
Non retines sic aure lupum: Sed Diva Themistis
Merito Tuo certam parat victoriam.

Doctissimi non minus quam humanissimi In-
genii WOLFFIO, Amico & Commensali suo,
ob egregias bonæ mentis dotes longe cha-
rissimo J. U. Ddo. Nobilissimo paucula hæc
gratulabundus adjecit

FELIX Spitz / D. P. P.
& Fac. Jurid. h. t. DECANVS.

V.

JUs familiaritatis ut vidit Themis
Doctè explicare WOLFFIVM, æqui vindicem
Acerrimum; Astræam allocuta censuit
Hunc familiaritate fore dignissimum
Suâ & bonorum jus sacrum colentium.

Ita
Bonis se applicans
Nobilissimo DN. DOCTORANDO,
Fautori suo honoratissimo
de egregia Dissertatione Inaugurali
gratulatur

JOH. MAVRIC. HOFFMANN, D. P. P.
& Facultat. Medic. h. t. DECANVS.

Madrigal.

St das die Zeit / da Wölffe freundlich seyn/
 Und von der Gütigkeit Gesetze schreiben?
 Mir fällt das Wunder des Poëten ein:

* Eclog. 5.
 v. 60.
 junctâ 4.
 per tot.

* Da Wolff und Schaaf beyammen bleiben/
 Ist das noch nicht erfüllt /

So dürfft ich Dich zum Vortrab dieser edlen Zeit
 Als ein beliebtes Merckmahl setzen.

Uns hast Du / Edler Jugend-Freund /
 Mit Klugheit und Bescheidenheit
 Gar offtmal pflegen zu ergözen.

Drum kömmt dein Abschied uns auch recht beschwer-
 lich an.

Doch wüntschen wir Dir tausend Wohlseyn auf die
 Bahn.

Zeuch hin und sprich Gerechtigkeit /

Du kluger Wolff / von hohen Themis-Gaben/
 Du solst auch ihre Crone haben.

Also wolten dem Herrn Candidaten / als ihrem sehr
 werthgeschätzten bisherigen Tischgesellschafter /
 theils wegen wolgesetzter Inaugural-Disputa-
 tion / theils auch wegen bevorstehender Ab-
 reise / aus aufrichtigem Gemütthe gratuliren

Ihrer Excellenz Herrn Doct. Spitzens
 sämtliche Tischgenossen.

VII. Fami

* * *

Familiaritatis jure nulla acqviritur possessio,
nulla contrahitur obligatio:

Tua ita nos docet elegantissima disertatio,

FACTOR atq; AMICE

Honoratissime.

Et tamen Tu familiaritatis Jure multa possides.

Familiaritate Sapientiæ acqvisivisti thesauros:

Familiaritate Themidos occupasti bona: (unt.

Familiaritatis jura summos Tibi in jure honores tribu-

Mira res!

Quem acqvirendi titulum reprobas,

eô ipsô acqvirendo uteris.

Concedat Summum Numen,

ut familiaritas constans inconstantis fortunæ Te sem-
per comitetur:

familiaritas Tibi brevi exoptatam asociet Sociam:

familiaritas Tua exoptatissima fortissimum vinculum
est,

qvô, contra Disputationis Tua, asferta, Tibi semper
obstrictus vivit.

JOHANNES THEODORICVS

HIERONYMVS THOMÆ, Aug. Vind.

E 3

11X. Quid

Quid Jura Familiaritatis conferant
 illis boni, qui ritè, ceu fieri decet,
 Jurisq; juxta regulam, hæc semper colunt,
 tua dextra Familiaris Optime, plus satis
 monstrare tentat, & coloribus hæc suis
 annititur nunc Eruditis tradere.
 Sed interim illa dum paras describere
 Mi WOLFFI, & anxius notas suavissima
 rarissimorum scripta Doctorum, doces
 Quod usq; Familiaris extiteris satis
 scriptis simul Doctissimis, simul Viris
 perenne quorum nomen inter sidera
 præclara docti splendet Orbis, & loquax
 fert fama; Titan igneos equos ubi
 immergit undis, atq; ubi rursus solet
 hos præviâ revocare luce, lutea
 Aurora bigis vecta roseis. Hos jurvat
 coluisse Familiariter: Propullulant
 exinde namq; delicata munera,
 variq; fructus: ceu Tui nunc omnibus
 demonstrat ingenii labor doctissimus.
 Proinde honores hosce, qui te jam manent,
 ut ter beatos esse & amplius, poli
 jubeat Creator, est quod ardentè peto.

Paucas hasce lineolas
 Nobilissimo Clarissimoq; DNO. DOCTORANDO,
 Amico suo atq; Commensali longè suavissimo,
 boni ominis, læti applausus, sinceri affectus er-
 gò, gratulabundus adjecit

JOHANNES CASPARVS GÜNTHERVS,
 Urat. Siles. LL. Studios.

IX. Vers

Sonnet.

Verzeihe meinem Kiel / daß er sich unterwindet/
 Dir hie/ **G**ehrter Freund / zu zeigen seine
 Pflicht/

Und dein beliebtes Lob in wenig Zeilen bindet/
 Verzeihe / weil es ihm an mehrerm Platz gebricht.

Zwar kenn ich deinen Geist; du achtest dieses nicht
 Was sich auf falschen Glanz und leichte Schmincke gründet/
 Denn deine Themis hat Dich schon so zugericht/

Daß man die Redlichkeit auf Herz und Stirne findet.
 Man siehet / wie Du Dir das Marck / den besten Saft/
 Aus der Astræa Buch Preis-würdigst eingeschafft.

Was Paulus / Ulpian / was Bartolus geschrieben /
 Ist ja von deinem Fleiß nicht undurchsuchet blieben.

Wer die auch sich nicht will zur Ariadne wehlen/
 Wird in dem Labyrinth der Rechten schändlich fehlen.

Mit diesem suchte gegen dem Herrn *Candidat*
 bey seiner Inaugural-Disputation seinen
 Devoir abzulegen

Dessen unveränderlicher Diener und Freund
Johann Pauer / Vrat. Siles.



101

Faint, illegible text in a Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or a date.








Altdorf, Diss., 1630/31

(x 261 3002)

1077



12682.

13.

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE

JVRE

FAMILIARITATIS,

OCCASIONE

Legis: *Qui jure familiaritatis. 41. ff. de acquir.
vel amitt. possess.*

AUTORITATE

MAGNIFICI

JVRECONSULTORVM
ORDINIS

IN

ILLVSTRI NORIMBERGENSIUM
UNIVERSITATE

SVMAMOS IN VTROQUE JVRE
HONORES

ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA
MORE SOLENNI

PROMERITVRVS

D. XXVI. MAJI, A. O. R. MDC XCI.

PLACIDÆ ERVDITORVM CENSVRÆ

subjiciet

JOHANNES CHRISTIANVS **Wolff** /
Naumburgensis Misnicus.

Literis HENRICI MEYERI, Univ. Typographi.

25

